



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Capvt XV. Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo  
aliam esse à baptismali; eaque contineri non modò cessa-  
tionem à peccatis, & eorum detestationem, <sup>a</sup> aut cor con-  
tritum & humiliatum, verùm etiam eorumdem sacra-  
mentalem Confessionem saltem in voto, & suo tempore  
faciendam, & sacerdotalem Absolutionem; itemque Sa-  
tisfactionē per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia  
spiritualis viræ exercitia; non quidem pro pœna æterna,  
qua vel Sacramento, vel Sacramenti voto vnā cum culpa  
remittitur; <sup>b</sup> sed pro pœna temporali; quæ, vt Sacræ literæ  
do cent, non tota temper, ut in <sup>b</sup> Baptismo fit, dimititur  
illis, qui gratiæ Dei quam <sup>c</sup> acceperunt, ingratij Spiritum  
sanctum contristauerunt, & <sup>d</sup> templum e Dei violati non  
sunt veriti. De qua pœnitentia scriptum est: Memor esto  
vnde excideris: age pœnitentiam, & prima opera fac. Et  
iterum: Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam  
in salutem stabilem operatur. Et rursum: g Pœnitentiam  
agite, & facile fructus dignos pœnitentia.

<sup>a</sup> Psal. 50. c  
<sup>b</sup> sacrificium  
<sup>c</sup> de pœn. diff. et

<sup>b</sup> ita & Fle  
rent. Concil.  
in decretis  
Eugenij  
<sup>c</sup> Ephes. 4. g  
d. Cor. 1.  
<sup>e</sup> Apoc. 2. c  
quia sancti-  
tas, se disp. &  
c. miror. de  
pœn. diff. 1.  
<sup>f</sup> 2. Cor. 17.  
<sup>g</sup> Mat. 3. 4. 4  
Lut. 1.

## REMISSIONES.

**V**ide Sayr. de Sacram. in genere, lib. 2. cap. 2. q. 8. art. 3. vers. Quo  
supposito.

**Sed pro pœna temporali. &c.** ] Vide Fr. Emman. in explic. Bullæ  
Cruciatæ, fundam. fol. 1. P. Egid. de Sacram. tom. 2. disp. 4. n. 23.

## CAPUT XV.

*Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed  
non fidem.*

**A**DVERSVS etiam hominum quorundam callida  
ingenia, qui <sup>b</sup> per dulces sermones & benedictio- <sup>b</sup> in fr. Cap.  
nes seducunt corda innocentium, afferendum est, non <sup>27.</sup>  
modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed  
etiam quocumque alio mortali peccato, quamvis non <sup>Rom. 16.</sup>  
amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti;  
duinæ legis doctrinæ defendendo: i quæ regno Dei non <sup>1. Tim. 1.</sup>  
solùm

48 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.  
solum infideles excludit, sed & fideles quoque forniciatos, adulteros, molles, masculorum concubidores, furios, auaros, ebrios, maledicos, rapaces, ceterosque omnes, qui lethalia committunt peccata; à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus Christi gratia separantur.

a. Cor. 6.

## C A P V T XVI.

De fructu iustificationis, hoc est, de merito honorum operum,  
deq; ipsius meriti ratione.

**H**ac igitur ratione iustificatis hominibus, siue accedit  
ptam gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba:  
*b. Cor. 15.* Abundate in omni opere bono, scientes quod labor  
*c. Heb. 6. c.* vester non est inanis in Domino. *c. non enim iniustus*  
*non est tam iniustus, de*  
*pam. diff. 2.* est Deus, ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis,  
*d. Heb. 10. in* quam ostendistis in nomine ipsius. Et, Nolite dimittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remuneracionem. Atque ideo benè operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tamquam gratia filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona eiustitiae, quam post suum certamen & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, a iusto iudice sibi reddendam: non solum autem sibi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tamquam virtus in palmites, in ipsis iustificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & sublequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritaria esse possent; nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quo minus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, diuinæ legi pro huius vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamén in gratia dececesserint;

e. 1. Tim. 4.